



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

Secundus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

riæ imitationem , eis te commendet,
tanquam à Filio id impetraturæ , &
Salutationem angelicam , dum sensus
excudit, identidem recitet.

SECUNDUS ORANDI
modus ex vocum orationis singularum, per pensa significatione.

Aditio eadem , quæ superius, it
prævia.

Oratio præparatoria personæ cō-
gruet, ad quam dirigitur.

Secundus orandi modus est: ut fle-
xis genibus vel sedendo (pro habi-
tudine corporis & animi deuotione)
oculis vel clausis, vel defixis in par-
tem vnam , neq; huc & illuc motis,
precationem Dominicam à princi-
pio recitemus, & in prima voce, quæ
est, Pater , meditationis figamus pe-
dem, quandiu circa eam , variæ no-
bis significationes , similitudines,

spiritu-

spirituales gustus, & aliæ commotio-
nes deuotæ incident: & ita deinceps
per singula eiusdem, vel alterius ora-
tionis verba, factitabimus.

*REGVLÆ TRES CIRCA
hac seruanda.*

PRIMA: ut in tali precationis cu-
piuslibet ruminatōne, horæ spa-
tium insumamus: quo expleto,
Aue Mariæ, Credo, Anima CHRISTI,
& Salve Regina semel, iuxta com-
munem morem, vel mente sola, vel
etiam voce percurrentur.

SEcunda est: quod si orantibus hoc
modo nobis, in vna voce, vel duab-
us, meditatio affluat, & interna si-
mul delectatio, postponenda erit
transcurrendi cura, licet hora tota
prætereat; qua elapsa, reliquum ora-
tionis cursim reciteretur.

Tertia: ut quando ita contigerit,
meditandæ voci vni, aut paucu-

G lis,